

*scriptiones ad res figuratas pertinentes, nomina heroum plerumque. — 2) Hanc inscriptionem primus edidit Villefosse l. c. p. 54.*

**8607** vita brevis, spes fragi[*lis, ven*]ite, accensust, dum lucet, bibamus, sodales (*Supra*) Aco — Acastus<sup>1</sup>.

*In poculo ex argilla flava, litteris extantibus saec. p. Chr. primi, rep. Klagenfurt in monte S. Helenae (III S. 12015, 3 vidit Hirschfeld; imaginem Déchelette vases céramiques I p. 54). — 1) Eiusdem figuli nomen (Aco Acastus) in vasculis repertis Ornavasso (Déchelette l. c. p. 56. 57 fig. 20. 21) idemque fortasse fuit XII 5686, 6 (. . . us Aco); colliberti eius nomen in alio vasculo prope Klagenfurt reperto III S. 12015, 4 (C. Aco C. I. Eros), nudum Aconis nomen (Aco) in aliis vasculis regionis Padanae et in uno Aquitanico (Déchelette l. c. p. 32. 37. 58 fig. 13. 22. 23). Alicubi in Gallia Transpadana facta esse haec vascula probabiliter creditur.*

**8608<sup>a</sup>** bibe, amice, de meo.

*In vase ornato animalibus et protome coronata, scriptum litteris magnis extantibus, Neapoli in museo (X 8056, 4 minus accurate; imago est Museo Borbonico VII tab. 29, item ap. Déchelette vases céramiques de la Gaule I p. 121 fig. 80. 81). In Gallia factum esse vas coniecit Dragendorff ann. Bonn. 96/97, 1895 p. 101, apud Gabalos Galliae, loco dicto Banassac factum esse statuit Déchelette, eo loco et alia vasa eiusdem generis reperta sunt (v. N. 8608<sup>b</sup>) et fragmentum cum inscriptione simili bibe . . . (XIII 10012, 11 a; Déchelette l. c. p. 122 fig. 83).*

**8608<sup>b</sup>** veni ad me, amica.

*In simili vasculo ornato, rep. Banassac (XIII 10012, 12 a<sup>1</sup> vidit Hirschfeld; Déchelette vases céramiques I p. 126 n. 11).*

**8609<sup>a</sup>** ave!

<sup>b</sup> ave, vital

<sup>c</sup> bibe.

<sup>d</sup> inple.

<sup>e</sup> misce.

*In poculis et ampullis fictilibus, in Gallia et Germania potissimum inferiore, maxime autem Coloniae Agrippinae reperiri solitis, pictum (XIII 10018, 34. 34. 44. 101. 119 multas vidit Zangemeister, nonnullarum imagines dedit Koerber Mainzer Inschr. 1900 p. 115. 116). De toto hoc genere titulorum in vasculis potoriis Germaniae pictorum dixit Bohn C. XIII 3 p. 532.*

**8609<sup>f</sup>** misce copo.

*In ampullis duabus eiusdem generis, Reims et Amiens repertis, pictum (XIII 10018, 120).*

**8609<sup>g</sup>** parce picatum, da amineum<sup>1</sup>.

*In vase rep. Grand in Vosegi regione (XIII 10018, 135 imago est bull. arch. de Tarn-et-Garonne 1, 1869 p. 119). — 1) Cf. supra N. 6469 not. 7.*

**8609<sup>h</sup>** reple me, | copo, conditi<sup>1</sup>.

<sup>1</sup> reple me, | copo, meri.

*In ampullis duabus eiusdem generis, Coloniae Agrippinae (XIII 10018, 157. 158 hanc Bonnae vidit Zangemeister). — 1) De condito (sc. vino) cf. Marquardt Privatleben d. Röm. p. 461.*